Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



omnia quae futura sunt, Haec intellegitur fuga quam
matheus commemorat. Quae non debent fieri hiemem uel sabbat;
Ad hiemem autem pertinent curae huius uitae. Quas lucas apte
posuit ad sabbatum uero crapula et ebrietas. curae quippe
tristes sunt uelut hiemps crapula uero et ebrietas carnalis
laetitia luxoria quae cor submergit atq; obruit. quod malu
sabbati nomine, propterea significatum est. quia haec erat
iam secuti. et nunc est. iudaeorum pessima consuetudo illo
die deliciis afluere dum spiritale sabbatum ignorant.
aut si aliquid aliud in illis secdm math. et marc. uerbis in
telligendum est. Aliquid aliud etiam lucas dixerit.
Dum tamen nulla repugnantiae quaestio moueatur,
Neque enim nunc euangelia exponenda suscipimus. sed
a falsitates uel fallacia calumnius defendenda, Aliaue
quae in hoc sermone mathei posuit cum munia cum marco nihil
habent quaestionis. quae autem cum luca non in hoc sermone.
lucas ea posuit cuius huic ordo concordat. sed alibi talia
uel recordatur atq; inserit praeoccupando ut prius commemorat;
Quae post ad dnm dicta sunt. uel bis ad dnm dicta facit intellegi.
et nunc secundum matheum et tunc secdm ipsum, LXXVIII
Sequitur mathei, Et factum est. cum consumasset ihs ser
mones hos omnes dixit discipulis suis; Scitis quia post
biduum paschae et filius hominis tradetur ut crucifi
gatur; Huic adtestantur aliquo marcus et lucas ab eodem
ordine non recedentes, Neque hoc tamquam a dno dictum
insinuant hoc enim intimare praeter miserunt ex sua
tamen persona, et marcus dicit. erat autem pascha
et azyma post biduum; et lucas. Et dpropinquabat autem
dies festus azymorum qui dicitur pascha, sic ergo adppin
quabat ut esset post biduum sicut aliquo aptius consonant.
Iohannes uero tribus quidem locis commemorauit eiusdem
diei festi ppinquitatem cum alia quaedam duobus superioribus